

Sed instant Calviniani:

*Quicunq; in cœnâ comedunt corpus Christi, illi aut comedunt illud vel mortale vel immortale, aut plane non comedunt:*

*Sed Lutherani in cœna nec mortale nec immortale corpus Christi comedunt:*

*E. illud plane non comedunt.*

*Minor patet: Qvia jam non amplius est mortale. Neq; etiam immortale comedunt. Sic enim aliam carnem comedenterent, qvam Apostoli, qvod est absurdum. Illi enim passibilem & mortalem carnem Christi comedenterunt. Jam verò non amplius est passibilis & mortal is.*

*Resp. iterum confunditur Accidens cum substantia rei. Id enim corpus comedimus, qvod Apostoli comedenterunt, sed non tale, qvale Apostoli comedenterunt.*

*Et nullum absurdum est, nos ore manducare carnem Christi impassibilem & immortalem, qvum Apostoli manducârint carnem Christi passibilem & mortalem. Φλυαεγλόγημα enim est, velle argumentari à qualitate rei ad substantiam rei. In cœna præ-*